



46. 27  
Noble, 45  
DEO TER OPTIMO MAXIMO PRÆSIDE SUPREMO  
DISPUTATIO JURIDICA

*exhibens veritatem regulam ex l. 24. ff. qua in fraud. cred. etc.*

JURA VIGILANTI-  
BUS SUNT SCRIPTA,

*Quam*

Speciali indultu

MAGNIFICI JURISCONSULTORUM ORDINIS  
IN INCLYTA PROPTER SALAM  
ACADEMIA

SUB PRÆSIDIO

BURCHARDI HEN-  
RICI TILEMANNI,

Frauenbrisenicensis Jurium Docto-  
randi

*Placido creditorum examini sistit*

JOHANNES GEORGIUS

Zentgraff/Svinfurtenensis Francus

AUTOR & RESP.

*Ad d. Septembr. Anno 1666.*

JENÆ,

Typis Johannis Jacobi Bauhofferi.





INCLYTÆ AC LIBERÆ IMPERIALIS REIPUBLICÆ

# SVINFURTENSIS,

PROCERIBUS EMINENTISSIMIS

DOMINIS

CONSULI.

PRÆTORI.

SEXVIRIS,

CONSILIARIIS.

SYNDICO,

SCABINIS.

CÆTERISQUE ORDINIS SENATORII

PATRIÆ PATRIBUS DIGNISSIMIS

VIRIS

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS

ATQUE PRUDENTISSIMIS

DOMINIS AC PATRONIS MEIS

OBSERVANTIA ANIMI SUBMISSA SEMPER COLENDIS

HANC DISPUTATIONEM

IN DEVOTISSIMÆ MENTIS SIGNUM

OFFERT, DEDICAT, CONSECRAT

JOHANNES GEORGIUS Zentgraff/

Autor.





## IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI!



Tatum † debitorum, qui solvendo non erant, olim longè miseriorem & durior<sup>1</sup>em fuisse quàm hodiò, ex veterum Romanorum aliorumque monumentis cernere licet. Siquidem illi vel capitali pœna afficiebantur, ceu Imperator *Gratianus in l. 2. C. Theodos. qui bon. ex L. Jul. ced.* sanxerat, ne debitor, nisi qui per majorem vim bona sua amisisset, bonorum cessionem haberet, sed ut ad redditionem quantitatis debitæ suppliciorum congrua ac dignissimâ acerbitate cogatur *Hottom. illustr. quest. 926.* Vel à creditoribus vendebantur extra patriam teste *Cic. in Orat. pro Sext.* ut in servitutum redigerentur, hòcque modo omni vivendi libertate pro arbitrio privarentur, veluti exemplum præbet Titius Vertarius, qui propter ruinam domesticam & grave æs alienum Cœlio Plotio nexum se dare adolescentibus admodum fuit coactus *Valer. Maxim. lib. 5. c. 1. Saut. de pœn. fallit. c. 15.* † Romani autem observabant hunc processum juxta Leges XII. tab. in debitores non solvendo factos, videl. AERIS CONFESSI AERISQUE DEBITI JUDICATIS TRIGINTA DIES IUSTI SUNTO: POST DEIN MANUS INIECTIO ESTO, IN IUS DICITO. DEIN NI CUM EO PACIT, SEXAGINTA DIES IN VINCULIS RETINETO, TRINIS NUNDINIS CONTINUIS IN COMITIUM PROCHATO, AERISQUE AESTIMIAM IUDICATI PRAEDICATO. TERTIIS NUNDINIS CAPITE POENAS LUITO, AUT TRANS TYBERIM PEREGRE VENUM ITO, AST SI PLUS MINUSVE SENESCUNT, NE SI FRAUDE ESTO. † Et hunc rigorem aliquò modò vetus jus Saxonicum erat secutum, dum debitorem solvendo esse desinentem in manus credito-



ditoris iudex tradidit, ut tamdiu operas ei præstaret, donec  
 debitum dissolvat illis servitiis: **der Schuldener wird  
 seinem Gläubiger an die Hand und Halsfret gegeben/  
 bis er die Schuld los arbeitet / Land R. lib. 3. art. 39. in  
 pa. Weichbild art. 27. circa fin. Trentl. vol. 2. disp. 24. th. 4.  
 lit. k. Schneidev. in comment. ad inst. de act. serv. tit. 6. n. 56.**  
 Sic quoq; in Gallia, Hispania atque Florentiæ debitorem non  
 solum in carcerem detrudi, sed etiam in manus creditoris tra-  
 di posse, testis est *Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 183. n. 3. &*  
 4 *Hering. de fidejuss. c. 6. n. 258.* † Hodierno verò tempore  
 in defuetudinem abiit in Saxonia per *const. Elect. Sax. part. 2.  
 c. 22.* tantumque publici carceris poena irrogatur ibi: so-  
 wollen wir auch derowegen die Vernehmung und dispo-  
 sition der Sächsischen Rechte / nemlichen daß der  
 Schuldener dem Gläubigern an die Hand und Haff-  
 ter gegeben werden soll / gänglich abgethan / abrogi-  
 5 rat und aufgehoben werden. † Namque iniquum erat,  
 debitorem in privato creditorum carcere detineri *l. 1. & l. 2.  
 C. de priv. carc.* Non enim est singulis concedendum, quod  
 per magistratus publicè exercetur *l. 1. ff. si quis in ius voc. non  
 iter.* quoniam occasionem tumultus atque rixæ præbet, præ-  
 fertim si creditori debitor resistere vellet *Coler. de process. ex-  
 ecut. part. 1. c. 6. n. 3. & seq.* Est enim res mali exemplis,  
 ut cuilibet permittatur jus sibi dicere *l. miles 6. §. qui iudicati  
 2. ff. de re iudic. Ant. Faber in C. de execut. rei iudic. defn. 5.*  
 6 † Idcirco lautius & consultius agunt, creditores, si iudicis  
 vel magistratûs officium auxiliare implorant, ut debitoribus  
 & decoctoribus sicut vespertiones circa columnas *l. 36. ff. de  
 reb. ant. iud. poss.* atque stationes *l. 7. §. 13. ff. quibus ex caus.  
 in poss. eat.* sese occultantibus vel onus solvendi vel cedendi  
 bona imponat, qui actus apud Romanos cedendi bona nul-  
 lam planè solennitatem requirebat *Dwaren. ad tit. ff. de cefs.  
 bon. c. 1.* † Apud Italos verò talis erat consuetudo, ut bonis  
 suis cedens in publico & notorio loco nudus concedat, & po-  
 steriora ter ad lapidem vel columnam percutiat vocando ce-  
 do bonis. *Matth. Brun. de cefs. bon. quest. 6. pr. n. 283.* qui  
 ritus



ritus. quia bonis moribus adversatur, merito prætermitti & omitti potest. † Cum ergo debitor solvendo existens alicui ex creditoribus suum petenti reliquis insciis solverit, postea autem bonis lapsus fuerit, cæteri creditores eum cogere non poterant, ut ipsemet etiam suum debitum conferat, quia sibi vigilavit; siquidem **JUS CIVILE VIGILANTIBUS SCRIPTUM EST l. 24. in fin. ff. quæ in fraud. cred. fact.** reliqui creditores sibi imputare debeant, quod tam negligentes fuerint. † Et hanc materiam disputationis loco pro tenui virium mearum facultate qualis qualis speciminis Academici ergo Literatorum censuræ exponere, eamque tractare volui. † Et si quidem non nescius fuerim, hanc materiam esse difficilem propter varium in omnibus ferme materiis usum tam in theoria quam praxi, difficultatum tamen fyrtes me remorari passus haut sum; revocans mihi in memoriam πολυτρόλληον illud δύσκαλα τὰ καλὰ, per omnia enim refecare vel exprimere non audeo nec valeo recordans, facile sententiæ ejus, qui dixisse fertur: κὰν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σωρῶ ἔχω προσμαθεῖν τὴ βυλεῖμην. Unde potius cum Pomponio ex l. 20. ff. de fideic. libert. discendi cupiditatem, solam rationem vivendi optimam, in octavum & septuagesimum ætatis annum duco. † Priusquam verò rem ipsam aggrediar, necessum est, ut ad actum istum procedamus secundum Imperatoris sacratissimi monitum in nomine Domini nostri Jesu Christi l. 2. de off. pref. Afric. magni illius Dei & Salvatoris nostri auxilium invocantes ex novell. 85.

## MEMBRI. I.

### CAPUT I.

**A**νευ προομῆς olim in Areopago ἢ ἐπιλόγῃ ἢ παδῶν jubebantur dicere Pollux Onomast. l. 8. c. 10. Sic nos sine ulla præmissione definitionis juris, quæ aliàs nota est, ad rem ipsam nos convertimus. † Juris autem nostri, quod dicitur ars æqui & boni l. 1. pr. ff. de just. & jur. Dux sunt positiones, vel ut explicat Rittershus, dux sunt species publicum & pri-

8.

9.

10.

11.

2.



- 3 & privatū §. 4. *inst. de just. & jur. l. 1. §. 2. ff. eod.* † illud autem multifariam accipitur (1.) pro perpetua & naturali jurisprudentia, quæ circa fœdera, conditiones populorum, Regum atque nationum exterarum versatur hinc *Grotius de jur. bell. & pac.* hoc appellat longè nobilissimam jurisprudentiæ partem in suis prolegom. † vers. simul & jurisprudentiæ (2) sumitur pro isto jure publico, quod quælibet respublica ratione status sui introduxit, quod dependet ex publicâ autoritate & conventioni privatorum opponitur *l. 27. l. 45. §. 1. & l. 116. §. 1. ff. de reg. jur. Dn. Strauch. disp. 1. th. 1. Locamei. de just. & jur. lit. b.* propterea aliud jus publicum est in Hispania, Polonia, Dania &c. (3) pro jure publico Romano-Germanico, quod apud nos hodie num obtinet, & ex Scriptoribus rerum Germanicarum nempe Goldasto, Frehero & cæteris, item Aurea Bulla, Recesibus imperii & capitulatione Cæsarea discendum est, *Schnobel. Disp. 1. th. 5. Pomereseh. inst. de just. & jur. Georg. Schultz. synops. jur. civ. h. t.* (4) tandem pro jure publico antiquo Romanorum, quod in tribus ultimis Codicis libris potissimum habetur, & hoc *in d. §. ult. inst. d. t.* dicitur, quod ad statum rei Romanæ spectat, atque consistit in Sacris,
- 4 Sacerdotibus & magistratibus *l. 1. §. 2. de just. & jur.* † Cujus juris unâ cum privato prisci Prudentes periti erant & ab ea peritia passim commendantur. Sic enim *Valer. Max. lib. 8. c. 8.* de Scævola scribit, eum benè ac diu jura civium & ceremonias Deorum ordinasse. *Tacitus lib. 1.* Attejum Capitonem humani diviniq̃ue juris scientem vocat. Et *Gellius* Draconem Atheniensem juris divini & humani peritum fuisse dicit
- 5 *lib. 11. c. 18.* † Jus publicum itaque privato antecellit multis parafangis (1) propter majus bonorum (2) propter majorem dignitatem (3) propter frequentem usum (4) propter utilitatem (5) propter difficultatem ut refert *B. Dn. Arum. de de jur. publ. disc. 22. n. 76.* & in isto regula nostra insignem
- 6 habet usum, ceu in capite sequenti demonstratur. † Privatū verò dicitur, quod ad singulorum utilitatem pertinet *§. ult. inst. de just. & jur. l. 1. §. 2. ff. eod.* directò scil. ac principaliter, cum aliàs privatim utilia per consequentiam quoq; ad publicâ profint



sint utilitatem arg. §. 2. *inst. de his qui sui vel alien. jur. l. 5. ff. de  
st. am. quod aper.* † Idcirco ille nodus facile potest solvi, quan- 7  
do dicitur omne jus esse privatum ex hac ratione, quia cum  
bene est reip. etiam privatis bene est si respondeatur, id verum  
esse respectu finis, non objecti, quod tantum hic consideramus  
& illud æque ac Jus publicum suo modo collectum est ex præce- 8  
ptis naturalibus, GENTIUM ET CIVILIBUS quæ divisio Cic.  
quoq; placet in quibusdam locis *lib. 1. & 3. off. & in Orat. de aru-  
spic. respons.* \* Hinc haud inconcinna erit, quando istam cum 9  
ad hominem, cujus causa jus quodvis constitutum *l. 1. & 2. ff. de  
stat. hom.* tum ad originem & Principatum juris referimus. Ho-  
mo siquidem aspicitur atque consideratur ut animal, ut ho-  
mo & ut homo civilis. Iste enim & animal est & homo, &  
homo politicus, quoniam ad civilis vitæ societatem nascitur.  
Attamen quia ipse jure & disciplina indiget vel quâ vivit sicut  
animal, vel quâ sicut homo vel quâ sicut civis. Idcirco tria  
juris genera optimè sunt constituta, quæ omnia omnibus ho-  
minum conveniunt aspectibus vid. *Coras. in tit. de just. & jur.  
ad l. 1. §. hujus studii n. 13. VVeseub. in suis parat. ff. h. t.* \* Un- 10  
de JUS NATURALE definitur ab Imperatore in *pr. Inst. h. t.*  
quod natura omnia animalia, docuit, cum jus illud non hu-  
mani generis proprium sit, sed omnium animalium, quæ in  
coelo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur; hinc per natu-  
ram non opinio, nec ulla humana constitutio, sed vis quædam  
innata intelligi debet, \* Ac ita *Cic. in 2. invent.* definit jus na- 11  
turale, quod nobis non opinio, sed innata quædam vis ad-  
fert & inseruit *Borcholt. de jur. nat. gent. & civil.* Est ergo jus na-  
turæ non scriptum sed natum, quod non didicimus, accepi-  
mus, legimus *Cic. in orat. pro Milon. VVesenbec. in suis parat.  
lib. 1. de LL.* \* Et hoc jus an brutis propriè competat, maxi- 12  
mè controversum est inter Dd. qui varii variè sentiunt. *Coras.  
de jur. art. part. 2. c. 3. Revard. 1. varior. c. 1. Albericus Gentilis  
lib. 3. epist. c. 1.* Strenuè defendunt affirmativam, inque con-  
firmationem proferunt, definitionis *cit. §. 1. pr. Inst. h. t.* ver-  
ba propriè & simpliciter esse sumenda *l. non aliter 69. in pr.  
de legat. 3.* in super movent, omnes leges & jura promanare ab  
æterna.



æterna lege *Augustin. lib. 1. de lib. arbit. Dom. Soto. lib. 1. de*  
13 *just. & jur. quest. 3. art. 3. \* Sed negativa Sententia melior est*  
propterea & eam quidem *B. Valent. Ricmer.* defendere vult  
hòc argumentò : Si bruta habent jus, utique etiam habent ju-  
stitiam. Jus enim justitiam arguit *Ant. Faber. lib. 1. jurispr.*  
8 *Papin. tit. 1. pr. 1. illat. 3.* unde etiam jus justitia appellatur  
l. 1. pr. ff. de just. & jur. Quare nec fingi aut concipi ullum jus  
sine justitia poterit. Ubi autem est justitia, ibi est virtus; Sed  
bruta habere virtutem vel justitiam asserere, ineptissimum &  
absurdum foret E. etiam sine absurdo eis jus naturale tribui  
14 non poterit. \* At ejus argumenti vis admodum invalida est.  
Justitia siquidem, utpote quæ habitus animi est, jus naturæ  
præsumit, non verò vice versâ, & licet à justitia jus nomen  
suum habeat, tamen illic per jus intelligitur non jus naturale  
sed civile, quod nobis dicitur ars æqui & boni. Idcirco sine  
15 justitia jus fingi & concipi valet. \* Prætereâ optimè sanè bru-  
tis virtus ac justitia simpliciter denegatur, ( quoniam earum  
planè sunt incapacia ) non vero jus naturale, siquidem hæ  
tam arctissimo vinculo non sunt conglutinatæ, ut positò unò  
16 scilicet jure ponantur reliquæ nempe justitia & virtus. \* Nos  
itaque dicimus jus brutis improprie tribui, id quod nemo sa-  
nus negabit. Siquidem tam certum est, ipsis rationem dene-  
gari & hoc *Jctus l. 1 §. 3. ff. h. t. & Imperatur. pr. in fin. Inst. Si*  
11 *quadrup. paup. fec. dic.* haud obscure probant; ubi volunt ma-  
terialiter jus brutis tribui, quod hòc modò exponit *Bachovius*  
Sicut in voce duo sunt materia & forma, sonus & articulatio;  
ita juris naturalis materiam esse affectiones & instinctus natu-  
rales, quos etiam in brutis videmus, quibus si accedat for-  
ma, & si dirigantur ratione, fieri jus naturæ, quod humani  
17 generis proprium est, \* Proprium vero esse ex *Arist. 5. eth.*  
*c. 10.* probat quod jus non sit, nisi inter eos, qui societate  
vitæ certâ ratione inter se sunt conjuncti, *Dissentit autem Dn.*  
*Sirauch disert. 1. th. 4.* Cujus Sententiæ expositio potest peti  
ex *Jacob Mestertio lib. 1. de just. leg. Rom. Magnif. Dn. Struv.*  
*Syntag. jur. civ. exerc. 1. th. 50. B. Dn. Ungepaup exerc. 2. quest-*  
*1. Schneidevvin. ad pr. Inst. h. t.*

JUS



**JUS GENTIUM** generaliter definitur, quò gentes hu- 18  
manæ utuntur l. 1. §. 4. ff. de jur. nat. g. & c. & hoc \* dividitur 19  
in duas species nempe PRIMÆVUM, quod naturalis ratio  
inter omnes homines constituit, quodque apud omnes popu-  
los peræquè custoditur §. 1. inst. eod. ubi per rationem natura-  
lem significantur notitiæ mentibus hominum in creatione in-  
sitæ, quibus justum ab injusto & licitum ab illicito separatur  
*Borcholt. in comment. ad h. §.* Et hujus effectus est religio erga  
Deum l. veluti 2. ff. de just. & jur. \* Nam nulla est gens tam 20  
fera, imò nemo tam immanis existit, cui non imbuerit Deo-  
rum opinio *Cic. in Tuscul.* Deinde est pietas erga parentes  
atque patriam, ut parentibus & patriæ obedientiam præste-  
mus *cit. l. veluti. Wesenb. in parat. ff. ad h. t. \** & SECUN- 21  
DARIUM, quod non quidem cum hominibus natum, sed  
postea demum ab iis in toto mundo quasi in maxima quadam  
rep. viventibus pro usu & necessitate constitutum est. \* Et ex 22  
hoc omnes pænè contractus introducti sunt d. §. 1. inst. discre-  
tæ gentes, regna condita dominia distincta, agris termini  
positi, ædificia collata l. 5. ff. de just. & jur. bella orta & ca-  
ptivates secutæ servitutes §. 2. inst. h. t. \* Est autem bellum du- 23  
plex secundum Dd. videlicet PUBLICUM, quod publicâ auto-  
ritate & nomine alicujus imperii indicitur v. g. ab Imperato-  
re, Rege l. hostes 24. ff. de captivis l. hostes 118. ff. de Verb. Signif.  
*Hostiensis 23. quest. 1. c. 1.* atque hoc est licitum regulariter  
l. extat. 13. ff. quod met. caus. & PRIVATUM, quod à privatis  
infertur, id quod communiter prohibitum d. l. extat. & l. e-  
quissimum 13. ff. de usufr. l. si quis in tantam 7. C. unde vi, nisi  
fiat ob tutelam corporis sui, Defensio enim contra quosvis il-  
licite offendentes etiam cum cæde offendentium permittitur  
l. 3. ff. de just. & jur. l. 45. §. 4. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. 27. ff. de  
vi & vi arm. quoniam juris naturalis primævi est, quatenus sc.  
brutis quoque competit l. 1. §. cum arietes 11. ff. si quadrup.  
*pauper. fec. dic.* \* At quia cum discrimine aut moderamine 24  
aliquo fiat, fit etiam juris gentium, namque ex levicula in-  
juria & offensione nec de jure gentium fuit admissa occidendi  
licentia *Dec. in l. ut vim 3. ff. de just. & jur. n. 15.* \* Tandem 25  
B defen-



- defensio à jure civili ad formam, quæ dat esse rei *l. Julianus 9. §. Si quis rem 3. ff. ad exhibendum*, reducta est *Schneidevvin comment. ad inst. de testam. ordinand.* ut videlicet fiat cum
- 26 moderamine inculpatæ tutelæ. \* Hinc si femina in defensione pudicitia suæ moechum vitâ privat, libera est ab omni pænâ *l. 4. C. ad Leg. Corn. de sic. l. 4. §. 1. l. 5. pr. l. 45. §. 4. ff. ad Leg. Aquil. l. 1. Cunde vi.* nam quando quis non habet aufugendi occasionem, vim aggressoris vi repellere non prohibetur tanquam bestia *Hugo Grot. de jur. bell. & pac. l. 2. c. 1. §. 3.* adeo
- 27 ut ad locum non restringatur. † Sic Sacerdos coram altari armis insultatus potest aggressorem interficere atque postea non obstante homicidio ad Sacra peragenda statim redire, insuper nec respectus personarum observetur. Est enim hæc defensio licita ita ut etiam filius impunè possit occidere patrem & Vasallus Dominum feudi, imò contra Imperatorem Principes, Papam & Episcopos obtinet *Vid. D. Bechman. Præceptor, Patronus ac promotor studiorum meorû æternùm de-*
- 28 venerandus colendus in *prolect. publ. ad Schnobel.* † Deniq; non desideratur paritas armorum, nec quis primum aggressoris ictum expectare cogitur. Et in summa, quicumq; dat operam rei licitæ, justo tempore aut loco, hominemque vel pecudem sine dolo ac culpa interimat, planè innocens habetur *c. dilectus extr. de homicid. l. 7. §. 4. l. 9. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. Schnobel. disp. 7. th. 7. Wesenbec. in parat. ff. ad h. t. Magnif.*
- 29 *Dn Struv. Syntag. jur. civ. ex 49. th. 55.* † Et hæc quoq; jus civile ita disposuit, quoniã neq; in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei servit *l. 6. pr. ff. de just. & jur.* At quando à jure naturali recedit, illique vel aliquid addit vel detrahit *d. l. 6.* illa quæ in se sunt juris naturalis, quò minus talia maneant, non immutat, quemadmodum videre est in matrimonio *l. 1. §. 3. ff. de just. & jur.* Civilis enim ratio civilia jura tollere potest, naturalia non item *§. ult. Inst. de legit.*
- 30 *agnat. tut.* † Dicitur vero **JUS CIVILE**, quod cujusque civitatis populus sibi constituit *§. 1. Inst. de jur. nat. & c.* vel quò una aliqua civitas utitur, quod sibi cummodum fit; quò si fortè alia uti velit, jacturam damnumque conciliabit *Harme-*
- nopol.*



*nopol. lib. i. epitom. tit. i.* † Et veluti jus gentium ab omnibus  
gentibus dicitur, quod omnes gentes eò utantur, ita jus ci-  
vile à civibus sive certo populo nomen traxit, atque non a-  
pud omnes gentes, sed certo in populo sive civitate servatur  
*l. omnes populi 9. ff. de just. & jur. Schneidevv. in comment. ad  
inst. h. t. Borcholt. eod.* Idcirco jus civile generaliter positum  
ex unaquaque civitate appellatur, quoties autem non addi-  
tur nomen, cujus sit civitatis, jus Romanum significatur §. 2.  
*inst. de jur. nat. g. & c.* Et hoc apud nos adhuc obtinet, † siqui-  
dem in imperio Romano-Germanico hodiè quadruplex jus  
habemus, scilicet CAESAREUM, quod non tantum jus civile Ro-  
manum vetus à Justiniano promulgatum, sed etiam jus feu-  
dale atque constitutiones posteriorum Germanicorum Imp-  
contentas comprehendit. PONTIFICIUM sive CANONICUM, SAT-  
TUTARIUM ET CONSVETUDINEM, quò referri possunt JURA SAXO-  
NICA UT INQUIT *Georg. Schulz in synops. jur. civ. ad inst. de jur.  
nat. Gent. & civ.* † Et istud jus civile Romanum constat vel  
scripto vel non scripto Dicit enim Imperator §. 3. *inst. de jur.  
nat. τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοί, οἱ δὲ ἀγγραφοί.* Scriptum est,  
quod expressa publicâque Sanctione in rep. latum est, de cu-  
jus essentia scriptura haudquaquam est teste *Magnif. Struv.  
Exer. 2. th. 5.* Non Scriptum verò quod aliàs consuetudo vo-  
catur, est quod tacito consensu populi per diuturnos mores  
inducitur, factaque illa omnia sunt VEL PERSONARUM VEL RERUM  
VEL ACTIONUM CAUSA §. 12. *inst. de jur. nat.* in quibus omnibus  
usus regulæ nostræ occurrit, † Quod personas, quarum causâ  
omne jus constitutum est §. *fin. Inst. d. t.* concernit, notan-  
dum venit, quòd illæ secundum triplicem gradum status nim.  
libertatis, civitatis & familiæ *pr. inst. de cap. demin. l. ejus 41.  
ubi glossa ad Verb. status, si civ. per.* admodum concinne divi-  
dantur in liberos & servos, in cives Romanos & peregrinos  
inque sui vel alieni juris *Sutholt. diss. 1. aph. 97. 98.* † Quoad  
primum homines liberi pro libertatis suæ flore ac favore utiq;  
non parùm solliciti sint, sed quàm maximè debent niti, ut  
jure vel lege & naturâ semel concessam libertatem retinere  
atque exercere perpetuò possint nec ullis persuasionibus se-



metipfos eò dirigi sinant, ut illi renunciènt & ad pretium par-  
 ticipandum sese venundari patiantur §. 4. *inst. de jur. pers.* est enim  
 libertas res inestimabilis §. *ult. Inst. quib. ex caus. manumitt. nor.*  
 36 licet † aliàs in servitutem detruduntur §. d. §. 4. *Inst.* videli-  
 cet ad coercendam ipsorum improbitatem, qui fraudandi  
 emptoris & turpissimi lucri causâ hoc admiserunt l. 5. §. 1. ff.  
*de stat. hom. add. Glossa & Bachov. hic.* Jura enim succurrunt dece-  
 ptis non decipientibus l. & primò 2. §. sed ita 3. ff. *ad Jct. Vellej.*  
 nec segnibus, sed vigilantibus *alleg. LL.* & sanè meritò omni  
 beneficio indignus censetur, qui illud pro nihilo habet ac pes-  
 37 simè utitur, quale hoc est. † hinc parentes vel consangui-  
 nei, si adsint, ampliùs eum vindicare nequeunt, quoniam  
 Jctus generaliter loquitur in l. 7. §. 2. ff. *de cap. deminut.* nul-  
 la quippe ulterius restitutio adversus servum locum habet, si  
 libertate adempta capitis deminutio subsequuta sit *Hunnins.*  
*var. resol. jur. civ. lib. 1. tr. 2. q. 8.* Cautius ergò mercari di-  
 scant & aliè exemplum capiant, quod ipfis ex usu fiet, ceu lo-  
 38 quitur ille *Terentianus.* † Siquidem servitus est onus summè  
 intolerabile, id quod sentiebat iste apud *Cic.* dum dixit: emo-  
 ri potius quàm servire præstat. Nam omni privilegiò priva-  
 tus postmodum omnium jurium est incapax: nullum potest  
 condere testamentum l. 8. §. 12. ff. *qui testam. fac. poss.* cùm  
 39 tamen illud sit voluntatis nostræ justa sententia l. 1. ff. *ead.* †  
 Dicitur justa i. e. juri consentanea scil. quòd solenniter sit fa-  
 cta secundum regulas juris civilis l. 4. ff. *d. r.* Jam verò servus  
 in jure civ. pro mortuo habetur l. 31. §. l. *servitutem* 209. ff. *de*  
*R. 7.* idcirco omni facultate testandi per totum destituitur c.  
 l. 8. §. 12. non habet caput l. 3. *de cap. deminut.* ideò nec sta-  
 tum pr. *Inst. de cap. deminut. l. 4. eod.* nec quamdiù servus ma-  
 net, tutor esse potest l. *si quis* 22. ff. *de testam. tutel. Arum. ad*  
*ff. disp. 16. th. 1. Strauch aisp. 5. th. 8.* nec habetur pro persona  
 jure civ. l. 32. *de R. 7.* l. 16. *de novat. l. 3. ne quis eum, que in*  
*jur. voi.* ideoque nullam habebit personam standi in judicio  
 l. 6. *C. de judiciis* l. 44. §. 1. l. 53. ff. *ead.* ejusque dignitas aut  
 existimatio nihil quicquam valet l. 3. ff. *de cap. deminut. l. 3.*  
 ff. *si quadrup. Pamp.* quadrupedibus etiam annumerantur l. 1.  
 ad Leg.



*ad Leg. Aquil. nec stipulationis sunt capaces l. 32. de R. J. † 40*  
vigilandum igitur, si jura subvenire debunt. Est itaque ingenuitas si potest, servanda & si opus probanda; an autem quis se ex certo atque libero patre genitum verè queat probare vide dissentientes *Hug. Grotium l. 2. de jur bell. & pac. c. 7. n. 8. & Gabriel. Palaeotum tract. de nothis spurisq. c. 21. n. 4. †* Cum vero servi vel nascantur vel fiant, ceu inquit Imperator §. 4. *Inst. de jur. pers.* Scilicet jure Gent. aut nati- 41  
vitate, ex ancillis l. 5. §. 1. ff. *de stat. hom.* aut captivitate, in bello justo. Ex jure civili verò venditione sui §. 4. *inst. de jur. pers.* vel atrocitate sententiæ. §. 3. *inst. quib. mod. jus patr. pot. l. 8. §. 4. l. 29. de pen. vid. tamen novell. 22. c. 8. & 9.* vel ingratum libertum revocando in servitutem l. 1. 2. 3. *fin. C. de lib. & eor. lib.* Sciendum, quòd qui ab hostibus & latronibus capiuntur, non fiant servi, sed liberi permaneant §. *ult. inst. quib. non est permis. fac. test. l. 13. ff. qui test. fac. pass.* † Quando enim ex 42  
illorum manibus iterum effugiunt, pristina jura recipiunt jure post liminii §. 5. *inst. quib. mod. jus patr. pot. solv. & l. 3. ff. eod.* Fingitur siquidem v. c. pater, cum redit, semper in civitate fuisse, nunquam verò apud hostes l. 6. *de tutel.* Sin verò apud hostes decedit, fingit Lex Cornelia ipsum eò momento fuisse mortuum, quò ab hostibus caperetur, l. 12. ff. *qui testam. fac. poss.* *Hug. Grot. lib. 3. de jur bell. & pac. c. 9. Borcholt. ad §. fin. inst. quib. non est permis. fac. test. Pomeresch. ad eund. §. ult.* † Hodierno autem tempore inter Christianos vetera 43  
jura captivitatum, quibus in modum ferarum & contra naturam subjiciebantur, non amplius sunt in usu, atque consuetudine introductum, ut captivi soluta pecunia in redemptionis præmium redeundi veniam impetrent. Captos quidem à Tartaris, Saracenis, Turcis servos fieri Dd. communiter statuunt, dissentit tamen *Covar. in c. peccatum pag. 2. §. II. n. 6. de R. J. in 6. videatur citatus Grot. eod. cap. ult.*

## CAP. II.

**H**Actenus usus Canonis nostri ex primo statu, & ne diu- 11  
tius immoremur, pergimus ad secundum gradum sta-

B. 3

tus



status nempe civitatis, ubi hoc quoad insignia privilegia, quibus  
cives Romani præ omnibus peregrinis atq; cæteris erant orna-  
ti ac dotati dilucidè cernitur. Siquidem facinus erat vincire ci-  
vem Romanum, scelus verberare, propè parricidium necare  
quid dicam in crucem attollere teste *Cic in Verrem*. Solus pote-  
rat nuptias celebrare *pr. inst. de nuptiis*, videlicet ex præscri-  
pto juris civilis contractas *Pomeresch. ad b. §. Strauch. dissert.*  
2 2 *th. 10.* † Cum olim non tantum servi non poterant,  
qui jure civ. pro nullis habebantur *l. 32. ff. de R. 7.* utpote in  
perpetuo contubernio viventes *l. 41. §. 2. ff. de leg 12, 3.* Sed et-  
iam peregrini teste *Ulpiano in fragment. tit. 5 vid. Ant. Fa-*  
*ber in jur. Pap. t. 1. pr. 1.* Aliàs & alios homines jure natu-  
ræ & gentium rectè quoque nuptias contrahere dubitandum  
non est *pr. inst. de jur. nat. G. & C.* quas injustas videlicet quo-  
ad jus civ. appellare videtur *Ulpian. in l. 13. §. 3. ff. ad Leg. Jul.*  
*de adult.* Ei solo conceditur testamenti factio activa & passi-  
va, quò iterum excluduntur servi & peregrini *l. 8. & 12. ff. qui*  
*test. fac. poss.* ob allegatas rationes. Peregrini enim licet  
in civitate degerent non tamen erant cives nec fruebantur ju-  
ribus civium **des Bürger Rechts Magnif. Dn. Struv. | Syn.**  
*jur. civ. ex. 3. th. 13.* usque dum ex constitutione Antonini  
omnes in orbe Romano civitatem acciperent *l. 17. ff. de stat.*  
*hom.* Ne autem jura insignia amittantur ex neglectu & abu-  
su, vigilandum est; semel enim amissis, id quod contingere  
potest per maximam capitis deminutionem, quando nim. li-  
bertatis & civitatis privatio subsequitur, nulla vel saltem dif-  
ficilis datur recuperatio, Vigilcs ergò oculos habere necessum  
est, quoniam illa saltem vigilantibus scripta subveniunt. Nam  
civitatis datio erat olim aliquid rari nec nisi virtutis pretium  
*Tacitus lib. 3. annal.* & tempore Imperatorum quoque summi  
beneficii loco per speciale indultum concessa ceu constat ex  
3 *Plin. l. 10.* † Si enim alicui status quæstio movetur v. c. in  
successione feudi, quòd non sit procreatus ex legitimo matri-  
monio **er seye kein ehlich gebohrner** / sed illegitimo, vi-  
delicet sit spurius seu vulgo conceptus **ein Bastart** / quàm  
trista



triffa bonorum erit facies? quin ille à successione feudi ex-  
cludatur, nisi contrarium probet, dubium nullum habet. † 4  
Atque istud adeò verum esse volunt Dd. ut ne matri feudo fæ-  
mineo gaudenti succedat, etiamsi nullos post se reliquerit li-  
beros *Schrad. de feud. part. 7. cap. 5. n. 20. Rosenth. in synops.*  
*feud. c. 7. conclus. 19. n. 1. & in not. lit. b. Vultej. I. feud. 9. n. 179.*  
& ita quotidie pronunciari testatur *Ambros. Schurer. tr. de*  
*heredit. que ab intest.* **Ist E. und E. sampt seinem Ehe-**  
**weib durch zeitlichen Tod von dieser Welt abgefors-**  
**dert und haben beyderseits väterlich und mütterlich**  
**Lehngüter/auch unter andern einen natürlichen un-**  
**ehlichen Sohn nach sich gelassen/ so mag solcher un-**  
**ehlicher Sohn in ihren/ den Eltern Lehngütern**  
**keinen Theil haben / es were dann durch folgenden**  
**Ehestand geehliget V. R. W. Atque pag. 114. sub fin.**  
**1. vers. aber unehliche ibi: unehliche Kinder mögen**  
**auch in weiblichen Lehngütern nicht succediren/**  
**noch einige Gerechtigkeit daran haben V. R. W.**  
† Vigilandum ergò est, si in rei veritate aliter se habet, quip- 5  
pe imò debet legitimum personæ suæ statum probare ejus a-  
ctionem per probationes contrarias elidere atque ipsum de  
calumniarum reum constituere, quales in jure vocantur illi, qui  
pecuniam accipiunt, ut alteri negotium in judicio faciant *l. r.*  
*pr. & §. 1. ff. de calumniatorib. dum falsis litibus mit falschen*  
**Gerichtsprocessen** alterum vexant. † Ita quoque is 6  
pro jure primogenituræ debet vigilare, quando acquisitam  
à patre dignitatem nactus est, & siquidem multi pro secundo  
genito pugnent ex variis juris textibus, uti est *Niell. disp.*  
*feud. uli. th. 7. Alciat. ad L. bone fidei n. 8. ff. de positi;* Haud-  
quaquam tamen debet cedere, multò minus desperare, nam  
inhæret primogenitura primogenito eamq; acquirit statim ac  
lucem hanc conspexit *Roll. à Vall 38. n. 24. & dicitur hoc jus*  
*radicatum non in patre, sed in filio Mol. lib 3. c. 6. n. 37.* † 7  
Proinde etiam historiarum testantur pro primogenito semper fu-  
isse judicatum ex ipsa natura, nullâ statûs vel dignitatis habitâ  
ratione. Ita Artaxerxes etiamsi ante regnum genitus esset;  
Cyro



Cyros prælatus est *Plutarch. in Artax.* Ita Otto ab Heinrico  
Aucupe successor designabatur. Et novissimè etiam habuimus  
exemplum in Electoratu Saxonico, Christianus enim II. gl. m.  
A. C. 1583. vivente adhuc Avo Augusto, Electore natus est;  
quò tempore Christiani II. Parens Christianus I. Electoriâ  
dignitate nondum fulgebat, Anno verò Christi 1585 Patre  
Electore Johannes Georgius nascebatur, Patri hujus Christia-  
no I. ipse filius primogenitus Christianus II. rectè successit,  
quò mortuò demum Johannes Georgius I. ad Electoratum  
admissus est. Sic licet pariter extra Electoratum Joh. Georg.  
II. natus fuerit, Fratribus tamen suis præferabatur, hodieq; ad-  
huc felicissimè rerù potitur. Quin imò hodiè sententia nostra  
pro primogenito ante regnum nato à Carolo IV. in Aurea Bul-  
la confirmata est & in toto Romano imperio observatur. † Vi-  
9 gilarè proinde debemus pro jurib. nostris. Est enim jus systema  
præceptorum de bono & æquo & vocatur ars æqui & boni à  
Celfo in *l. 1. pr. ff. de just. & jur.* quoniâ ostendit, quomodo leges  
intelligentur, earum defectus interpretando suppleantur jux-  
taque æquitatem tanquam normam directæ optimè appli-  
centur, id quod quò modò commodè fieri possit primum o-  
mnium factum, ad quod jus applicari debet, secundum o-  
mnes circumstantias diligenter perpendendum *l. 52. §. 2. ff.*  
*ad Leg. Aquil. l. 1. §. 3. ff. ad Leg. Corn. de sic. l. 13. C. de trans-*  
*act.* Postea juris explicandi & applicandi verba illiusq; sen-  
sus cum sua causa bene considerentur. Verbis enim inest le-  
gis sententia *l. 17. ff. de LL. & l. 24. ff. eod.* atque ut *Arist.* ait:  
10 non ad legem, sed ad legislatorem respiciendum: non ad ora-  
tionem, sed sententiam legislatoris; † Propterea, si casus ali-  
quis contigit, tunc probè pensatis circumstantiis, quæ rem  
plerumque variant, facili negotiò veritas investigari & inve-  
niri potest, quemadmodum in hoc, ubi postquam ante lon-  
gum temporis spatium Sempronius fortè fortuna à teneris  
fortasse unguiculis fraude ac dolo à Cajo in servitutem raptus  
& ita mancipium factus esset, ille de libertate sua certioratus  
nimir. ingenuos ac liberos fuisse ipsius parentes, nec servilis  
conditionis, idèò judicis officium implorat pro larga juris &  
justi-



justitiæ administratione. Hic iudicio instituto post singulas  
circumstantias enumeratas sententiam pro Sempronio ferat,  
nempe illum è servitute dimittendum & in libertatis inasti-  
mabilis statum rursus transponendum esse, ut natalibus suis  
restituatur ipsorumque immunitatem particeps fieri queat. † 11  
Quapropter operam demus, quò maturè jura alioquin vigi-  
lantibus scripta nobis adstare valeant, ac etiamsi ingenuus  
aliquis natus sit, non officit ei in servitute fuisse & postea ma-  
numissum esse: Sæpissimè enim constitutum est, natalibus  
non officere manumissionem, ceu expressa verba habentur  
in §. 1. *Inst. de ingenuis l. 2. ff. de natal. rest. Cujac. 4. obs. 30.*  
*Pomeresch. ad h. §. inst.* † Plurimum autem inter se differunt 12  
esse servum & esse in servitute; illud juris, hoc facti est. Ser-  
vus est, qui servitatem approbatam jure Gent. vel civ. servit.  
In servitute vero dicitur esse, qui etiamsi servus non sit, arbi-  
tratur tamen, quod sit servus nec non pro servo putatur *Lud-*  
*vell. ad §. 1. inst. de ingenuis Theoph. Barokie.* † Et istud jus 13  
ex decreto Alexandri Severi *l. Severus de decurionib.* Ante Ale-  
xandrum enim secus fuit *l. 2. ff. ne de stat. defunct. post quinqv.*  
ceu *Jacob. Cujac. h. l. observat.*

### CAP. III.

Quod tertium gradum status familiæ scilicet con- 1  
cernit, ubi dividuntur homines in sui vel alieni juris  
*t. t. inst. h. t. atque t. t. ff. eod.* & hi quod sint vel in po-  
testate parentum, ut liberi, vel dominorum, ut servi *pr. inst.*  
*qui sui vel al. jur.* in illo quoque multiplicem canon noster u-  
sum exhibet. † Siquidem hominibus sui juris v. g. patribus- 2  
fam. non malè consulitur, si multum temporis vigilando in-  
sumunt, ne ipsorum filii illis invitis *l. si tantum 12. ff. l. 2. v. ult.*  
*C. ad Sc. Maced.* magnas pecuniæ summas mutuò accipiant à  
creditoribus, & hòc modò ansam habeant omnes facultates  
dilapidandi vel ad cujusvis generis mores depravatos perve-  
niendi §. 7. *in fin. quodcum eo, qui in al. pot. l. 1. pr. vers. & sæ-*  
*pissimè h. t.* Quà de causâ ob communem reip. utilitatem, ut  
C fæne-



faeneratorum malitia coërceatur l. 40. verb. in odium ejus, cui  
debetur ff. de condict. indeb. SCtum Macedonianum introdu-  
ctum est, quò ingeniosa nequitia Macedonis sublata est, qui  
filiisfam pecuniam credidit incertis nominibus l. 1. pr. ff. h. t.  
videlicet ut nemo sciverit, quando restituenda esset *Gothofred.*  
*add. l. 1. pr. n. 7. Hahn. ad Vvesenbec. ff. h. t. n. 2.* Seu in incer-  
tum eventum, si parentes vivendo vicissent, ut tunc sua no-  
3. mina obligationis nexu liberarent *Franzk ff. h. t. n. 4. †* Id  
quod factum fuisse fertur Claudio IV. & Vitellio III. Cofs.  
A. U. C. 799. ceu refert *Faber i. semestr. ult. & Tacit. ii. annal.*  
13. inquiring. Claudius lege latâ favitiam creditorum coër-  
cuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfam. fanori da-  
rent. Sunt tamen nonnulli, qui id ad Vespasiani tempora  
referunt *Dn. Strauch. ex. 13. th. 5. Dn. Struv. syn. jur. civ. ex.*  
4. *20. th. 51. †* Sed quocumque tandem tempore factum sit, fa-  
ctum tamen est laudabiliter, ut hi homines nullius momenti  
debito suo caderent ac illis exceptio quovis tempore obsta-  
ret, quoniam hoc SCtum in parentum, non vero filiorum fa-  
milias favorem latum est l. 3. §. pen. vers. nam pecunie h. t.  
unde etiam ei renunciare nequeunt *arg. l. 38. ff. de pactis l. 18.*  
*ff. eod. l. ult. ff. ad Sct. Vellej. Hilliger ad Donel. 12. comment. 25.*  
5. *lit. t. Zanger. de except. p. 3. c. 12. \** Etiam si vero pater hanc  
exceptionem regulariter opponere poterat in pecunia mutuò  
data; non in aliis contractibus *Dn. Struv. Syn. jur. civ. ex. 20.*  
*th. 53.* interea tamen à Practicis hodiè ad alias res quoque  
extenditur, vid. *Zanger. d. l. n. 59. ibi:* EXTAT HAC DE RE  
IN STATUIS NOSTRIS STATUTUM PECULIARE SUB TITULO **War-**  
**nung von vielfältigen Borgen zu vermeiden** / quo  
SCtum etiam ad alios contractus illic expressos extenditur.  
add. constitutio Rudolphi II. quam refert *Dn. Hahn hic n. 5.*  
*in verbis: Daß ihr euch aller und iden ungebührlichen*  
6. *contracten und Partiken &c.* † Propterea non solum in hoc  
SCto patribus vigilantibus jura succurrunt, sed etiam in aliis  
rebus licitis, secus in illicitis. Hinc sibi prospiciant, ne am-  
plius novercalibus delinimentis instigationibusve aut aliis ex-  
causis corrupti malignè circa sanguinem suum Judicium infe-  
rant.



rant l. 4. ff. de inoff. testam. l. 5. ad Leg. Pompej. de parricid. sed  
modicè coerceant l. 1. C. de emend. prop. Cum vero filii in con-  
tumacia perseverant, tunc illum offerre possunt judici dictu-  
ro sententiam, quam voluerint l. 3. C. de patr. potest. nisi ni-  
mis atrox sit facinus, nam tum secundum legis præscriptum  
judicat d. l. 3. Siquidem patria potestas in pietate & non am-  
plius in jure vitæ ac necis consistit, quemadmodum olim tem-  
pore Romuli l. 11. ff. de lib. & posthum. l. 6. C. de patr. potest. aliàs  
incidunt in Leg. Cornel. de sic. Pomeresch. pr. inst. ad Leg. Aquil.  
vid. latius Borcholt. ad tit. 9. inst. de patr. potest. Wesenb. in com-  
ment. ad ff. tit. de his qui sui vel al. jur. Schnöbel disp. 1. th. 28. † Pa-  
riter Domini, si jus scriptum ipsis opem ferre debet, non am- 7  
plius pro lubitu & levi de causa servum ob vas cristallinum fra-  
ctum murænis objicere jubeant, ut ille ap. Ser. 3. d. ir. c. 40. vel  
alio quocunq; in insufficienti modo in eum sævire, velut D. Ant.  
Const. prohibet §. ult. inst. de his qui sui vel al. jur. aliàs  
aut non minus puniuntur quàm si alienum servum occidissent,  
aut coguntur eos bonis conditionibus vendere, præsertim si  
intolerabilis videatur sævitia. Reip. enim interest, ne suâ re 8  
quis malè utatur, † unde licet regulariter quilibet re suâ abuti  
possit l. 25. §. 10. ff. de hered. pet. nec non earum sit moderator  
ac arbiter l. 21. C. mandati id tamen ob scandalum cum utili-  
tatis publicæ detrimento conjunctum haud admittitur, cum  
reip. salus privstis commodis anteponenda sit arg. l. 1. C. de  
Episcopal. audient. vid. Schneidevv. ad h. §. n. 6. & Bronh. cent.  
2. ass. 63. Borcholt. ad d. §. inst.

## MEMBRI. II.

### CAPUT I.

**P**ostquam usus Canonis nostri exhibitus fuit quoad pri- 1  
mum juris objectum nempe personarum, ordinis ratio  
nunc requirit, ut ad alterum nempe rerum saltum com-  
mittamus inque eo eund. eâ quâ fieri potest, brevitate  
demonstremus. † Quoniam autem jus rerum communiter 2  
dividitur, in jus in re & jus ad rem Struv. ex. 3. th. 88. 89. A-  
rum. ad ff. disp. 14. th. 1. Illudque autem quintuplex statui-  
tur



3 tur videlicet dominium, servitus, possessio, pignus & hæreditas. † Hinc primò dominium, illud meum ac tuum auspici-  
turi sumus, quod meritò uberior jurgiorum seges appellari  
valet *Scot. disp. annivers. ad inst. 9. §. 5. lit. b.* nam expe-  
riencia quotidiana testatur, quod hinc indies magis magisq;  
lites inrer homines agitentur nec aliquis finis esse aut multò  
minus sperari possit, licet reip. intersit, earum materiam am-  
4 putari *c. fin. X. de dol. & cont.* † Propterea Cajum rei suæ  
dominum vigilare docet, ne Sejus ei materiam auferat, vel  
aliquid addat de suâ & postmodum speciẽ aliquam faciat v. c. ex  
melle suo & vino, alioquin Cajus eã carcere debet, nec un-  
quam repetitionem ipsius habebit, quoniam Sejus non solum  
operam suam dedit, & partem ejusdem materiæ præstitit §.  
26. *inst. de R. D.* sed etiam, quia ista species ad priorem & rü-  
dem materiam reduci nequit, *VVesenbec. in comment. ad ff. de*  
*A. R. D. n. 8. Borcholt. §. cum ex aliena inst. eod.* Hinc sibi  
5 imputet, quòd tam negligens fuerit, SIQVIDEN IURA VIGILAN-  
TIBUS SCRIPTA SUNT. † Uude si Emphyteutæ, qui tantum domi-  
nium utile & minus plenum habet *l. 71. §. pen. & ult. de leg. 1.*  
*l. 16. §. fin. de pign. act. Pomeresch. ad §. 11. inst. d. R. D. Hunnius*  
*var. resol. jur. civ. ad tit. inst. de R. D. q. 7.* à non domino emphy-  
teusis fuerit rradita secundum casuum vel longi vel longissimi  
temporis diversitatem *vid. avth. mala fidei l. ult. C. de præscript.*  
*long. temp. l. 8. §. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann. tunc præscri-*  
*ptio habet locum etiam contra verum dominum l. 15. §. 27. de*  
*dam. inf. l. 12. §. 2. de public. Dn. Struv. ex. 17. th. 64. Gebhard tr.*  
*de usucap. c. 3. n. 44. & seqq. VVesenbec. in comment. ad ff. tit.*  
*si ager vectig. n. 2. lit. c. Franc. Fulgin. de emphyt. q. 15.* nam  
6 publica utilitas istud postulat, ne dominia sint in incerto *pr. inst.*  
*de usucap.* † Pariter quando vasallus rem feudalem tanquam  
allodiam bonâ fide per 30. annos ( jure Sax. per 31. annos 6.  
septim. & 3. dies ) possedit, tunc proprietatem ejus nancisci-  
tur & excludit dominum *Borcholt. tr. de feud. c. 7. rubr. de*  
*præscript. n. 12.* Atque sic in Dicasterio Wittebergenfi d.  
10. Maj. 1624. responsum fuit: *Weil die Besizere des*  
*Guts N. über recht verwehrte Zeit keine Lehn ges*  
*sucht*



sucht und Lehnwahr davon entrichtet / da doch im-  
mittelfst sich viel Fälle und Veränderungen zugetragen / so mögen sie nunmehr zu dergleichen Suchung  
des Lehen und Entrichtung der Lehenwahr wieder  
ihren Willen nicht angehalten werden **V. R. W.**  
Suam igitur potius segnitiam quam vasalli præscriptionem  
accusare debet. † Eadem quoque faba cudetur in eum, qui 7  
servitute uti intermisit non quidem per necessitatem, sed ne-  
gligentiam *l. 6. ff. de S.P.R. l. 10. §. 1. & seq. eod.* Secus enim est,  
si pro parte *l. 2. l. 6. l. si sti licidii 8. fin. cum l. seqq. ff. quem-*  
*adm. serv. amitt. l. una est via 18. de S.P.R. vel alius ipsius no-*  
*mine eâ usus fuerit l. 5. & 6. l. si communem. 10. l. usu 20. cum 4.*  
*L.L. seqq. quemadmodum serv. amitt.* tunc præscriptio cessat  
*Strauch. diss. 7. th. 27.* ne luerum sentiat cum detrimento al-  
terius *l. 1. ff. de dol. & c. sedes 15. de rescript.* alioquin æquita- 8  
tis naturalis limites excedit. † Procedit porrò præscriptio  
etiam in hoc, si videlicet Mævius admittentis domini servi-  
tute neque vi neque clam neque precario utatur ac vicinus il-  
lius in prædii sui utilitatem non interdicit, ne faciat aliquid  
tanquam in re propria *Dn. Carpzov. 1. resp. 36. n. 8.* tunc ipso  
usu continuato post longi temporis spatium præscriptione  
servitus acquiri valet *l. ult. in fin. C. de præscript. long. temp.* Sin  
verò error causa fuit præscriptæ servitutis, longissimum re-  
quiritur *l. 5. C. de long. temp. præscript. l. 8. C. de præscript. 30.*  
*vel 40. ann. Schnobel. disp. 6. th. 29.* † Monendum autem 9  
quod servitutes quidem verè ac propriè usucapi non possunt,  
quia verè ac propriè possideri nequeunt *Vesenbec. in com-*  
*ment. ad ff. de A. R. D. n. 5.* quasi tamen & impropiè usuca-  
piuntur longoque tempore præscribuntur *l. ult. C. d. r.* Dis-  
sentire possumus in hoc à sententia Donelli ac Duareni, qui  
servitatem veram & propriam per qs. præscriptionem acquiri  
negant, sed quasi & impropiam servitatem statuunt. Sed  
obstat ipsi Justiniani expressa constitutio *in d. l. ult. C. de*  
*long. temp. præscript.* ubi non quasi servitatem, sed servitatem  
præscriptione acquiri mentio fit. † Proinde non modò his- 10  
ce, verum etiam aliis modis quam plurimis nostrorum bono-  
rum



- rum naufragium patimur, nisi crassa juris vel facti ignorantia aut negligentia objecta longè diligentiores & callidiores simus in iis defendendis & custodiendis, inter quos tamen dolo malus prohibitus invenitur, debet quippe nemini prodesse *l. 1. pr. & 12. ff. de dolo malo c. ad nostram §. extr. de empt. & vend. quoniam naturali æquitati adversatur l. 5. pr. ff. de pact. dot. l. 3. §. ult. ff. pro socio.* Fraudibus enim janua non est aperienda, nec malitiis hominum indulgendum *Gail. 1. obs. 31. n. 4. & obs. 70. n. 20. Besold. p. 5. consil. 337. n. 52.* sed iis modis omnibus est occurrendum *l. 1. ff. de dolo malo l. in fundo 38. ff. de R.*
- 11** *V.* † unde quilibet rerum suarum maximam curam habeat, veluti diligens paterfam. more præfectorum vigilum nocte dieque vigilet, ne bona à raptoribus, furibus, inuasoribus nec non receptatoribus subtrahantur *arg. l. 3. §. 1. ff. de off. præfect. vigil.* sed potius indefinentem operam navet, ut ea justis modis & licitis mediis augeat, tunc enim magis sperare potest auxilium à jure quàm desertionem, siquidem jura vigilantibus scripta sunt *l. quod autem 6. §. sciendum 7. & l. pupillus 24. in fin. ff. que in fraud. cred. fact. l. 3. in pr. ff. de separationib. vid.*
- 12** *Hippolyt. de Marsil. singular. 360.* † idcirco si creditor exigendo debito sibi vigilans à debitore pecuniam numeratam acceperit, à reliquis creditoribus repeti nequit, præsertim cum recepit pecuniam debitam, antequam bona debitoris possideantur, quamvis sciens prudensque solvendo non esse, recipiat, tunc enim sibi vigilavit *l. 6. §. 7. ff. que in fraud. cred. fact. Scot. exam. jurid. adh. t. V. Vesenbec. eod. loc.* † neque ei objici valet quòd dolo malo egerit, Apud Labeonem enim scriptum est, illum, qui suum recipit, nullam fraudem facere videri *d. l. §. 6. cæteri creditores sibi imputent, quòd neglexerint occasionem & expectaverint patrimonium deminutum*
- 14** Illa enim teste Poëta fronte capillata, posthæc calva est. † Sin autem creditor bonis quidem nondum possessis, pluribus tamen instantibus & solutionem urgentibus à debitoris tutore æs alienum per gratificationem acceperit, ad eandem portionem, quam ejus concreditores habituri essent, revocabitur *d. l. 24. l. 6. §. 7. de reb. aut. jud. poss. Mayius l. 3. t. 1. art. 3. n. 32.*



3. n. 32. Sand. 3. dec. Fris. tit. 15. def. 1. & hocce modo solutum  
penes eum non permanet sed tantum pars facta scilicet divi-  
sione per proportionem Geometricam nempe ut æqualiter  
dividatur, non æqualibus analogia arithmetica portionibus,  
sed pro debiti quantitate rata l. pro debito 6. C. de bon. aut. jud.  
poss. aliàs accideret, ut is, cui maxima summa pecuniæ compe-  
tit, vix dimidiam & cui mediocris, longè majorem adipisce-  
retur; id quod sanè iniquissimum esset. + Itaque non medium  
personæ, sed rei est respiciendum, ut reliquis ex æquo suum  
attribuatur, quoniam nullus creditor cum damno alterius fiat  
locupletior l. 47. ff. de solut. l. 13. §. 1. & l. 14. ff. de condict. in-  
deb. l. 206. ff. de R. J. l. 32. ff. de reb. cred. Deceptis non de-  
cipientibus subveniendum l. & primò 2. §. sedita 3. ff. ad Sect.  
Vellej. + & cuilibet sibi vigilare fas est, nec ullus prohibetur  
sibimetipsi prodesse, modo alteri non obfit l. 2. §. 5. ff. de a-  
qua & aqu. plu. l. ult. 8. 6. ff. de publican. quod contingere  
soleret, si creditores pari jure fruantur. Sin verò diverso, cum  
suprà debitum res quoque obligatæ & pignoris loco sunt, tunc  
hi præferuntur illis qui tantum actionem personalem habent  
l. eos 9. 6. qui potior. in pign. Duo enim vincula magis ligant  
quàm unum auth. itaque C. communia de success. plusque cau-  
tionis est in re quàm in persona l. plus conditionis 25. ff. de rog.  
jur. l. pro debito 6. C. de bon. aut. jud. poss.

## CAPUT II.

UT autem jus prælationis procedat, monendum, quòd alii  
aliis præferantur vel ex beneficio prætoris, jure scil. sepa-  
rationis vel ratione peculiaris juris in re existente apud  
debitorem; proprio jure sibi aliunde quàm à debitore compe-  
tentis, vel speciali jure Prælationis Dn. Struv. syn. jur. civ. ex.  
44. eb. 43. + Hinc quando defuncti hæres non solvendo esse  
apparet, creditores Prætozem vel præsidem (hodiè quem-  
cunque magistratum legitimum Magnif. Dn. Richter/ tr.  
de concurs. cred. c. 1. n. 173.) petere possunt l. 1. §. 14. ff. de se-  
parat.



parat. ut defuncti bona à bonis propriis heredis separentur,  
ex quib. creditoribus satisfieri queat *d. l. 1. §. 1. h. t. Dn. Strauch.*  
*disp. 28. th. 18. Schnobel. disp. 21. ih. 17.* idque intra quinquen-  
3 nium fieri debet, † alioquin si res adhuc est integra vel hære-  
ditariæ res cum bonis hæredis ita sunt confusæ, ut separari  
amplius nequeant, hoc beneficium cessabit *c. l. Wesenbec. pa*  
4 *rat. ff. ad tit. de separat.* † Eò autem impetratò Chirographa-  
rii creditores præferuntur illis, qui pignus in bonis hæredita-  
riis acceperunt *l. 1. §. 3 ff. h. t. nec non legatarii l. 6. l. 4. §. 1.*  
*ff. cod. §. ult. inst. ad Leg. Falcid.* ut & creditores hæredis, quan-  
do aliquid ex defuncti bonis superfluum est *l. 3. §. 2. l. 5. ff. h. t.*  
5 *Schot. exam. jurid. l. c.* † Cùm igitur hæres quidem solvendo sit,  
hæreditatem vero postea respuat propter subinde excrescen-  
tem debitorum multitudinem, creditores curatorem bono-  
rum vel ipsummet vel per magistratum constituere queunt, si  
convenire non possunt aut nemo fortassis istud onus subire  
6 cupit *l. 1. ff. de curat. bon. dand.* † Et hic præferuntur peculiare  
jus in re habentes carentibus jure singulari prærogativæ, quo-  
rum in numero sunt repetituri res suas extantes per vindica-  
tionem, veluti (1) commodator, qui postquam alteri res ad  
certum usum gratis dedit, ut finito eo restituat, ab hærede repe-  
tit. (2) Deponens suum depositum *Carpz. d. 1. d. 15. Köppen. 1.*  
*dec. 28. n. 3.* quamvis deponens usuras pactus sit, modò pe-  
cunia adsit & nondum expensa *l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud.*  
7 † Nec obstat *l. 7. §. 2. ff. deposit.* (3) locator suum locatum, (4)  
uxor dotem extantem, *l. 12. C. qui potior. in pign. l. 29. §. 1. 96.*  
*§. 7. ff. de jur. dot.* (5) filiusfamilias bona adventitia, à quibus  
pater usumfructum habuit *Carpz. d. 1. d. 14.* Atque hi præfe-  
runtur singulis hypôthecâ gaudentibus nec non omnibus pri-  
8 vilegiatis. † Succedunt autem privilegiati tunc demum,  
quando rei vindicationem habentes defuncti exque illis aliqui  
tali gaudent privilegio, ut omnibus præferantur, sicuti im-  
pensas in funus atque exequias facientes *l. 14. §. 1. & l. 45. ff.*  
*de religios. & sumpt. fun. l. 17. C. de reb. aut. jud. poss. l. ult. §.*  
*9. C. de jure deliber. l. 4. C. de petit. hered. & sub his continentur*  
non modò quæ ad ipsum funus, sed etiam quæ in pharmaca  
atque



atque Medic osunt impensa l. 37. ff. de religiof. & sumpt. fun.  
l. 4. C. de petit. hered. Vid. dec. 307. n. 2. Fiscus in tributis  
l. satis notum 4. C. in quib. caus. pign. l. 1. & 2. C. si propter publ.  
pens. Item illi ad quos Emphyteuticus Canon, decimæ, cen-  
sus similesque pensiones annuæ spectant l. 15. ff. qui pot. in pign.  
Sic quoque cui annui reditus redimibiles competunt *Magnif.*  
*Dn. Richter c. 2. m. 6.* † Aliqui vero præter privilegium  
hypotheecæ jûs illius simile præ reliquis habent creditoribus  
l. assiduis 12. pr. C. qui potior. in pign. quemadmodum pupilli,  
minores, prodigi in bonis tutorum, curatorum l. & mulieri  
15. ff. de cur. fur. dand. protutoris vel negotiorum gestoris l. 4.  
§. fin. l. 5. 6. 7. de privileg. cred. Item mulier in dote l. assiduis  
12. C. qui potior. in pign. l. un. §. 1. & seqv. C. de R. U. A. ut &  
Sponsa in ejus repetitione nuptiis non secutis l. 2 §. ult. h. t.  
Similiter qui in refectionem atque rei conservationem credi-  
derunt l. creditor 25. ff. si cert. pet. l. 5. & 6. ff. qui potior. in  
pign. l. 1. ff. in quib. caus. pign. aut in navim conficiendam vel  
instruendam l. qui in navim 10. l. quod quis 18. ff. h. t. Novell. 97.  
*Gail. 2. obs. 15. n. 3. Beuther. rr. de prelat. cred. Carpzov. part.*  
*I. const. 28. Scot. exam. jurid. de privileg. cred. Schnobel. disp.*  
*12. th. 24. & disp. 21. th. 16. cum. seqq.* † Et non modò enu-  
meratis creditoribus, sed etiam aliis sub hisce contentis con-  
cessum est uti jure suô, videlicet noctes atque dies vigilare,  
solicitosque esse in quærendis repetendisque bonis solito di-  
ligentis patrisfam. more, ne lateant ac latentia injustè possi-  
deantur, attamen cum honesto & licito medio ac sine alio-  
rum præjudicio, nisi illi segnes sint atque suorum nullam fer-  
mè curam habeant, aliàs jura ipsis non veniunt in adjutorium  
sed planè pro derelictis habebuntur; siquidem succurrunt ea  
vigilantibus l. quod autem 6. §. sciendum 7. & l. pupillus 24. in  
fin. ff. qua in fraud. cred. fact. l. debitor 3. in pr. ff. de separationib.  
non vero negligentibus l. non enim 16. ff. ex quib. caus. maj. † II  
Sibimet ipsis imputare debent, quòd tam negligentes fuerint  
& tale delictum capitibus suis fuerint, nam negligentia quoq;  
habetur pro delicto & meritò puniri debet *Menoch. lib. 6. præ-*  
*sumpt. 33.* suâ enim culpâ qui damnum sentit, damnum non  
sentire videtur l. 23. & 203. ff. de R. J.

D

CAP.



### CAP. III.

**P**ropter regulæ nostræ veritatem jus civile quoque ob publicum bonum usucapionem introduxit, ne rerum dominia sint in incerto *pr. inst. de usucap. l. 1. ff. eod.* & ut negligentia ejus, tantò tempore rem suam deserentis, quantum legislatores ad inquirendas res sufficere putârunt *d. l. 1. puniatur per diligentiam alterius, qui bonâ fide accepit, ac absque interruptione possedit: Præsumitur enim talem res suas alienaturum esse, dum alios ad usucapionem admittit l. 28. ff. de verb. significat.* † Proinde beneficia in dignos creditores, non vero indignos conferri debent estque subveniendum vigilantibus & necessitate impeditis *l. 16. ff. ex quib. caus. ma.* non autem socordibus, quorum in odium reliqui non immerito præferantur, quia qui priores tempore sunt, potiores sunt *jure l. 10. & 11. ff. qui potior. in pign. l. 2. 4. 7. 8. C. eod. sibi invigilarunt sine dolo, alioquin quæ in fraudem creditorum facta sunt, restituantur ait Prætor t. t. ff. & C.* † id quod fieri solet (1) si debitor propositum & animum fallendi habuit, cum maleficia propositum nec non voluntas distinguat *l. 53. ff. de furtis l. divus 14. ff. ad Leg. Corneli. de sic. l. 21. C. de penis* (2) si factâ fraude post alienationem non tantum remaneat in bonis, quò creditoribus satisfieri possit. † Cum ergò habet quidem animum fraudandi, nec tamen illum in effectum ponit atque superfunt bona satis sufficientia, ex quibus creditores suum consequi possunt, tunc sola voluntas non facit fraudantem, si quidem cogitationis Penam nemo pati potest *l. 18. ff. de penis Borcholt. in comment. ad §. 3. inst. quib. ex caus. manumitt. non licet Schneidew. d. §.*

### MEMBRI III.

#### CAPUT I.

**E**t hæc de jure in re. ùt & ad rem, quod vix tangere volumus, dixisse sufficiat, ne opus nostrum in ingentem excrescat molem ob latissimam obligationum materiam, in qua usus regulæ nostræ demonstrari satis superque valeret.



valeret: sed relicto hoc tendimus ad tertium juris objectum  
scilicet ACTIONES, in quibus plurimis prætermiſſis Paulianam  
ſaltem producturi ſumus, quam Prætor naturalem æquitatem  
ſecutus tanquam remedium aliquod excogitavit, quò credi-  
tores revocarent id, quod debitor fraudulenter in damnum  
creditorum geſſit §. 6. *inſt. de actionib.* † atque iſtud appel- 2  
lavit Paulianam actionem à Jcto Paulo l. 38. §. 4. *ff. de uſuris*  
Dicit enim Prætor, quæ fraudationis cauſa geſta erunt cum  
eo, qui fraudem non ignoravit, de eo actionem dabo l. 1.  
*ff. quæ in fraud. cred. fact.* † Erat vero hæc maximè neceſſaria 3  
hanc ob cauſam, quoniam alienatio ipſò jure erat perfecta  
& nullâ actione civili reſcindi poterat, ſiquidem poſt miſſio-  
nem manſerat dominus bonorum, nam alienatio domini ef-  
fectus erat l. 72. *ff. de reg. jur. l. 26. ff. de contrah. empt.* cum  
hòc ipſo contingeret, ut quis locupletior fieret cum alterius  
damno, quod iniquum erat l. 206. *ff. de R. 7.* † Non enim 4  
debet alteri per alterum iniqua conditio inferri l. 74.  
*ff. de reg. jur.* † Idcirco quemadmodum patronus poteſt re- 5  
petere alienata à liberto in ipſius fraudem, quò minus jure  
ſibi debitam portionem conſequatur *t. t. ff. ſi quid in fraud.*  
*patr.* (Si ſcil. libertus teſtatus mortuus eſt per actionem Fa-  
bianam, ſi inteſtatus per Calviſianam *Borcholt. in comment.*  
*ad §. 6. inſt. de actionib.*) ſic quoque creditores debitores ſuos  
aut antè aut poſt miſſionem fraudulenter bona alienantes  
l. 1. 7. & 17. *ff. quæ in fraud. cred. fact.* actione Pauliana expe-  
riri poterant l. *videamus* 38. §. *in Fabiana* 4. *ff. de uſuris*, quæ  
quidem personalis dicitur à *VVeſenbec. in parat. ff. ad h. t. quæ*  
*in fraud. cred.* quia datur ex dolo & fraudatione tam debito-  
ris alienantis quàm accipientis *gloſſ. hinc in verbis: eam rem*  
*petere, quam Dd. ſequuntur per text. in l. 1. §. hæc actio ff. ſi*  
*quid in fraud. patr.* † Dicit autem *Jas* poſt *Fab. & Plat.* hinc e- 6  
am non eſſe ſimpliciter personale ſed personale in rem  
ſcriptam, ideò quod poſſeſſorem rei ſequatur, de quo *vid.*  
*Fab. hinc in fin. §. noſtri & Plat. n. 12. & 13. Jas. 104.* & talis eſ-  
ſe videtur, aſt quoniam in rei poſſeſſorem tendit atque res ab  
eo per hanc revocatur & quidem propter pignus Prætorium

D 2 per



per immiſſionem tributum, propterea inter reales referrî  
 potest §. 6. *inst. de actionib. Schnobel. disp. 21. th. 18. Pomeresch.*  
 §. 3. *inst. d. t.* † Sic tamen ut res non simpliciter à possessore  
 vindicetur, veluti in cæteris realibus actionibus, sed modò  
 ex æquitate Prætor eam ita formavit, ut creditoribus neque  
 nimium faveret sicque possessoribus injuriam faceret, &  
 neque nimium possessoribus in creditorum damnum  
 tribueret *Bachov. de actionib. Struv. Syntag. jur. civ. ex. 44.*  
 §. 72. † Actio autem illa competit creditori (1) cuilibet l. 1.  
 §. 1. ff. *quæ in fraud. cred. fact.* (2) hæredibus & cæteris credi-  
 torum successoribus d. l. 1. §. 1. l. 10. §. 1. & 25. l. 15. h. t. quia  
 est rei persecutoria. Regulariter enim omnes actiones activæ  
 & passivæ transeunt ad hæredes §. 1. *inst. de perpet. & tempor. act.*  
 exceptis pænalibus (3) actionem hypothecariam habentibus  
 (et si regulariter detur creditoribus chirographariis; qui habent  
 solum actionem personalem) secundum *Fab. & Plat. n. 18. per*  
*gloss. in l. debitor 21. in verb. agere ff. quæ in fraud. cred. Perez.*  
*n. 4. Hammel. de act. on. c. 19. n. 32.* (4) creditori in diem ceu  
 quando debitor ad solvendum sese obligavit Octavo Aprilis,  
 interea autem bona sua in fraudem alienat. namque tunc obligatio  
 nata est; quamvis ad diem distulit l. *cedere diem 213. ff. de V. S.* Lon-  
 ge aliter autem sese habet in obligationibus in quibus dies non  
 est appositus, tunc enim die præsentis debetur l. *in omnibus obli-*  
*gationibus 14. ff. de R. I.* (5) creditori sub conditione, non verò  
 citius quam conditio purificata est, tunc enim conditio re-  
 trotrahitur secundum l. *potior 11. in pr. juncto §. videamus ff. qui*  
*potior. in pign.* † Et licet propriè loquendo hi duo posteriores  
 non dicantur creditores, attamen communi usu loquendi at-  
 tento (qui derogat proprietati verborum juxta notata in l. *la-*  
*beo 7. ff. de suppellect. legat.*) creditores dicuntur *Angel. hic n.*  
*6. Zas. vers. nunc ad tertium caput. Schneidew. in comment. ad*  
*inst. de actionibus.*

## CAP. II.

1 Datur autem dicta actio Pauliana non tantum adversus de-  
 bitorem fraudantem, sed & quoscunque, qui fraudis con-  
 scii rem aliquam nacti fuerint utpote venditione aut op-  
 pignoratione l. 6. §. 6. & l. 10. §. 14. ff. *quæ in fraud. cred. aut*  
 dotis



dotis donatione l. 2. C. de revoc. his, que in fraud. cred. aut ac-  
ceptilatione, sive quolibet alio pacto l. 1. §. 2. l. 2. & 3. h. t. l. 1.  
C. eod. † Multum autem interest an titulo lucrativo, an verbo 2  
neroso alienatio facta sit. Priori casu accipiens v. c. ex legato  
hæreditate, mortis causa donatione, simplici donatione inter  
vivos, sed non donatione ob causam, sicuti si dono tibi centum,  
ut mihi præbeas alienata † Siquidem in ea aliquid dandum vel 3  
faciendum est l. 1. C. de donat. qua sub modo & c. Schneidevv. ad §.  
item si quis in fraud. 6. inst. de act. n. 32. tunc indifferenter re-  
stituere tenetur, quamvis fraudem ignoraverit l. 6. §. 11.  
dict. vit. Posteriori verò casu, nisi de fraude debitoris partici-  
paverit l. 1. l. 6. §. 8. l. 10. §. 2. ff. que in fraud. cred. & sic scientia  
tutoris vel curatoris pupillis adolescentibus & furiosis quatenus  
ad eos pervenit, nocet l. 10. §. 5. h. t. † Idcirco tam res corpo- 4  
rales quam incorporales ceu ususfructus, servitus l. vel §. 3. §. ge-  
sta 1. ff. d. r. actiones l. 14. ff. eod. item tam mobiles quam immo-  
biles fraudulenter alienatæ revocari queunt Schneidevv. all. loc.  
n. 17. cum omnibus fructibus, quæ tempore alienationis terræ  
cohæserunt, quique post inchoatum iudicium percipi potue-  
runt l. 10. §. 20. l. ult. §. 4. ff. ibidem † Tempore enim medio 5  
percepti in restitutionem non veniunt l. fin. §. 4. ff. que in fraud.  
cred. quoniam B. F. possessor suos facit per text. im Land R.  
lib. 7. art. 44. verb. **Wer aber ein Gut** add. ibi gl. ord. & gl.  
lit. ad rex. Germ. lit. f. Weichb. art. 26. junct. ibi gl. quamvis re-  
liqua commoda medii temporis reputentur in hac actione 7 ait  
Prætor. 10. §. partum 2 1. d. l. Dn. Struv. Syntagm. jur. civ. exerc.  
44. th. 74. Wesenbec. in parat. ff. h. t. Scot. exam. jurid. alleg.  
loc. † Hæc autem actio demum intra annum utilem instituatur 6  
l. 1. l. 10. ff. l. ult. C. que in fraud. cred. l. 35. ff. de O. & A. qui à  
die factæ excussonis aut ab isto tempore currit, quò principalem  
non esse solvendo, notum esse incipit, siquidem agere non va-  
lenti nec præscriptio currit l. 1. §. ult. C. de annalib. except. Namq;  
ante excussonem vel quando certò constat, quòd principalis sit  
solvendo, contra bonorum possessores agi nequit, idè nec prius  
annus utilis currit l. 1. pr. §. t. 7. n. 87. Post annum verò in id,  
quod ad eos pervenit sive pervenire potuit l. 10. §. 25. ff. que in  
fraud.



7 *fraud. cred.* † Etenim Prætor æquitatis favore tactus iniquissimum esse putavit, ipsum in lucro commorari, qui lucrum fraude dolove sensit, propterea lucrum iterum extorquendum arbitratus est. *Dn. Struv Syntagm. jur. civ. exerc. 42. tb. 75.* vigilandum ergò ne ex negligentia prædictus annus utilis elabatur.

### CAPUT III.

- 1 **N**on autem in dictis solùm regula nostra procedit, sed etiam si quis fortè spe futuræ numerationis in chirographo passus fuerit, pecuniam se accepisse ex mutuo, quam tamen non accepit, ibi enim si sibi non vigilat, nec tempus præstitutum exceptionis observat, facile potest cadere, tempus verò olim ante Justinianum Imper. erat quinquennium, quod postmodum ab eo coarctatum & factum, ut intra biennium contra præsentem creditorem opponi posset probandi onere in eum translato, licet in testamento renunciatum fuerit, hinc vigilare debemus, quia regulariter nemo potest elapsum biennium audiendus
- 2 est *t. t. inst. de lit. obligat. ibiq. Dd.* † Sic etiam fidejussor sibi prospiciat, ne, quamvis seipsum obligaverit, statim propter actionem ex stipulatu à creditore motam solvat, cum hodiè, si vigilet, tria illa beneficia sibi concessa opponere possit videlicet (1) beneficium excussionis, quò petit principalem prius excuti debitorem, antequam ad se deveniatur, hoc autem regulariter ante L. C. objicere debet: Sed si se pro principali **für einen selbst Schuldener** obligaverit, hoc beneficio non juvabitur *Gail. 2 obs. 28. n. 6.* (2) divisionis ex Epistola, D. Hadriani *l. 26. de fidejuss. l. ult. C. de constit. pecun.* (an autem D. Pio tribuenda sit, nolumus disputare) quò petere potest fieri divisionem inter fideiussores, qui tempore, L. C. solvendo fuerunt, ut quisque fidejussorum pro rata portione teneatur, & hanc exceptionem, quia est peremptoria, antè L. C. opponat. (3) cedendarum actionum, qua juvatur, ut, si fortassis totam pecuniæ summam solverit, omnes actiones in solidum cessas à creditore contra fideiussores reliquos in se transferre & hisce adversus confidejussores motis superfluum pecuniæ numeratæ sumuam recuperare queat.
- 3 † Sic in iudicio acturus sibi caveat & callidè agat, ne iudicium elusorium reddat, dum in uno libello plures actiones cumulat



v. g. si actor injuriatus actionem ad palinodiam sive recantato-  
riam, da man auf einen öffentlichen Wiederruff Blaget/  
in foro Electorali Saxonico cum actione injuriarum civili vel æ-  
stimatoria cumulat & in libello petit **Dass Beklagter ihm**  
**nicht allein einen öffentlichen Wiederruff zu thun/son-**  
**dern auch die zugesügte injurien mit der in libell gesez-**  
**ten æstimation zu verbüssen und ihm abzutragen schul-**  
**dig se y.** Istud enim haud est licitum, sed expressè prohibitum  
per singulare rescriptum *Sereniss. Elect. Sax. quod extat apud Christ.*  
*Lenzium in quest. jurid. sing. utrum actio injuriarum est &c.* † Porro  
vigilare debet non tantum Judex & actor in processu instituendo  
& benè formando, dum actus judicii ordinativos sive Præpara-  
tivos & Posteriores à L. C. usque ad sententiam intercedentes  
observet, sed & reus, ne in judicium nisi citatus veniat, atque si  
fortassis aliam ob causam alioquin adfuit, in momento absq; præ-  
via citatione non respondeat l. 1. in pr. ff. de edendo, nisi sit causa  
leviuscula, sicut notat *Dn. Struv. Syn. jur. civ. Exerc. 5. tb. 10.*  
quæ hodie licet unica de consuetudine generali in foro Saxoni-  
co sufficit modo præcisè contineet Terminum Saxonicum à diè  
insinuationis **eine vollkommene Sächsische Frist. Land R.**  
*libr. 3 art. 5. art. 5. Hartm. Pist. p. 1. quest. n. 9.* in tantum,  
dies deficiat, citatio sit nullius momenti *Carpzov. in Pr. Art. 2.*  
*num. 56. & 5. Art. 3. n. 9.* † Cum verò terminus est imple-  
tus, nec in ultimo etiam ejus momento talive hovâ comparuit,  
quâ actus ante noctis tenebras expediri valuit, de Contumacia  
accusari potuit, id quod autem in hodierna praxi in multis judi-  
ciis aliter obtinet *Carpz. d. l. n. 56.* Verum hoc adhuc admittitur,  
ut reus, si habeat mutuam peritionem, jure civ. contra actorem  
Reconventionem instituere, (secus est de jure Sax.) atque Litem  
contestari queat. † Ubi illud necessarium, quod secundum fori  
observantiam omnes exceptiones peremptoriæ simul annectan-  
tur *Carp. d. l. art. 7. n. 9.* id quod etiam volunt Recessus Im-  
perii de Anno 1645, n. 37. es soll ja auch hinfüro in  
verbis: **Wie auch was er darbey dilatorie oder perempto-**  
**rie einzuwenden haben möchte/ alles auf einmal bey**  
**Straff der præclasion einbringen/ wie nicht weniger/**  
**wenn die probatoria selbstn mit insinniret weren/ auf**  
**die selbe**



Dieſelbe mit ſeiner Nothdurfft gleichfalls verfahren  
Judices ergò omnes nervos intendant, ut omnia in judicio debi-  
tò modò & ordine fiant, ſcilicet juramentum calumniæ impo-  
nant, poſitiones & articulos exhiberi curent, rectè formant in-  
interrogatoria, teſtes examinent, probent aut reprobent & tan-  
dem rectè factâ conſuſione in cauſa, ſententiam ferant. † Si  
autem partes acquieſcere nolunt, actori ſi libet, fas eſt appellare  
ad ſuperiorem iudicem, & quidem intra decendium præſtitò ma-  
litia juramento, ubi verò non ſufficit intra decendium appellaf-  
ſe, ſed requiritur inſuper, ut intra 30. dies appellans apoſtoloſ  
à iudice petat, & iſtud tempus non à die interpoſitæ appellatiõis  
ſed à die læſæ ſententiæ currit. Debet autem curare, ne frivole ap-  
pellet, aliàs enim acta remittuntur iterum ad iudicem à quo. &c.  
De hiſce omnibus vid. *Carpz. in prax, tit. 81. art. 3. n. 53. & dict.  
loc. n. 24. add. Gail. 1. obſ. 139. n. 5. Fibig. in ſuo proceſſ. membr. 2.  
ſ. 30. n. 2. 3. & 4.* Atque hæc ſunto, B. L. quæ de utiliſſima hæc  
materia pro temporis ratioe adducere voluimus.

Jam fatiſ eſt, mea vela lego, terramq; ſaluto;  
Maxima clementi laus ſit honorq; DEO.

**E**S vigil in Studiis, Tua ſic vigilataque cura  
Orbi ſe ſiſtit condecoranda bene.

Adſcendes iterum Cathedram; Cathedramque tuendo  
Juris Doctorum condecorare Vigil.

*In Honorem Eximii Dn.*

*Respondentis hæc adp*

**Erneſtus Fridericus Schröter/  
D. & p. t. Facult. Jurid. Decanus.**

**FINIS.**











Jena, Diss., 1666 S-2

ULB Halle 3  
004 371 291




f  
56.


Krit.











*Noble, 45*  
DEO TER OPTIMO MAXIMO PRÆSIDE SUPREMO *46. 27*  
DISPUTATIO JURIDICA  
*exhibens veritatem regulæ ex l. 24. ff. qua in fraud. cred. etc.*

JURA VIGILANTI-  
BUS SUNT SCRIPTA,

*Quam*  
Speciali indultu  
MAGNIFICI JURISCONSULTORUM ORDINIS  
IN INCLYTA PROPTER SALAM  
ACADEMIA  
SUB PRÆSIDIO

BURCHARDI HEN-  
RICI TILEMANNI,  
Frauenbrisenicensis Jurium Docto-  
randi

*Placido evuditorum examini sistit*  
JOHANNES GEORGIUS  
Zentgraff/Svinfurtensis Francus  
AUTOR & RESP.

*Ad d. Septembr. Anno 1666.*

JENÆ,  
Typis Johannis Jacobi Bauhofferi.

